



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quoad valorem. parag. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

verit hic significet boni viri arbitrium, hoc est, voluntatem rationi congruam, contra Tridentinum faceret Episcopus, si solius Patrimonii titulo, ad hominem promovendum, moveretur. Atque hinc inferit Navarrus, a se vidisse negatam eundem fuisse facultatem ascendendi ad Subdiaconatum ob defectum tituli Beneficii, licet is habuerit patrimonium trium millium scutorum. Id, quod referens Trullench. b ait, hoc Decretum obligare sub mortali, citatque eundem Navarrum, & Villalobos.

36. Equidem duo expendenda Lectoribus do. Primò, nonne potuit esse causa rationalis prædictum hominem promovendi, quia utile, & honorificum est Ecclesiæ hominem prædivitem ejus servitio addici, & consecrari?

Secundò, tantum rigorem exposcendi omnino Beneficium in ordinandis vix animadverto in Episcopis: ususne subsecutus Decretum hoc fortasse mitigavit.

CAPUT VII.

De Ministro Ordinis.

§. I.

Quoad validitatem.

1. Certum est, ordinarium Ministrum Ordinibus conferendis esse Episcopum, ut habet Tridentinum.
2. Certum item est omnes Episcopos in hoc æquales esse, & validè cuicumque Fideli Ordines ministrare. Nam Episcopus quicumque, etiam excommunicatus, etiam Hæreticus, etiam si Diaconatum, & alios inferiores Ordines non suscepisset, potest omnes Ordines, quamvis à se non susceptos, alteri conferre, dummodo verè ipse sit Sacerdos, & Episcopus consecratus (non enim satis foret, esse electum, & confirmatum) siquidem Ordines confert verbi gratia, Diaconatum, non ex vi Diaconatus, quem habeat, sed ex vi Ordinis Episcopalis, qui Diaconatum, aliosque ipso inferiores essentialiter non supponit. Lege Vasquez, et aliosque, licet sit contrarius Sanchez, et alii que.
3. Incertum ergo illud remanet, An alii

Episcopo inferiores, id est, Sacerdotes communes possint ex delegatione Summi Pontificis, Ordines validè conferre. Nam non Sacerdoti, etiam si sit Cardinalis, tantam potestatem delegari non posse, quia, nec exemplum, nec ulla ratio id persuadet, certum fo-

4. Respondeo, distinguendo Ordines in tres classes. Primò, in Sacerdotium, Secundo, in Diaconatum, & Subdiaconatum. Tertio, in Ordines Minores, Tonsuramque primam.

5. Dico jam Primò, probabile ab aliquibus existimari, Sacerdoti posse à Pontifice delegari potestatem conferendi alteri Sacerdotium, sed improbabile existimari ab aliis; quod posterius libentius recipio; cum enim hanc denegationem nunquam concesserit Pontifex ab ipso Ecclesiæ initio, non est res tanti momenti, sic facile concedenda. Lege citatos.

6. Dico Secundò, facilius posse concedi, delegabilem à Summo Pontifice esse Sacerdoti potestatem conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum, quia non tam clarè apparet hic valde gravis inconvenientia, immò fertur Innocentius Octavus id concessisse Abbatibus Cisterciensibus pro suis Monachis. Sed nihilominus id alii negant, & quoad Innocentium dicunt, ipsum solum concessisse, ut dicti Abbates possint in suis Monasteriis ordinare suos non per se, sed per quemcumque Episcopum.

Dico Tertio, Sacerdoti posse Summum Pontificem concedere facultatem conferendi primam Tonsuram, Minoresque Ordines,

Adde concessam de factò eam esse quibusdam Abbatibus pro suis Regularibus. gantur Diana, h Leander, i Marchinus, k Loth, l alii que permulti ab ipsis adducti, qui de hac concessione, ejusque extensione, hinc inde, disputant latè.

§. II.

De Ministro Ordinis quoad licitum usum.

1. Quamvis multa requirantur in Episcopo, ut licitè Ordines conferat, status v. gr. gratiæ, non esse suspensum à Pontifici-

f Sanc. Con-  
ninc. alii-  
que apud  
Leand. l.c.  
qu. 16. ap.  
Arer. de  
Ord. qu. 3.  
see. 3. Vers.  
in hac re.

Apud  
L. and. l.c.  
qu. 18.  
h Dian. l.  
p. 4. r. 4.  
ref. 147.

Ep. p. 5. r.  
13. ref. 93.  
Ep. p. 7. r.  
11. ref. 42.  
i Leand. d.  
de Ord.  
k 4. de Ord.  
presertim  
a q. 9. us-  
que d. 15.  
k March.  
tr. 1. p. 2. de  
Ord. c. 10.  
l Ludov.  
Bertrand.  
Loth in

ref. Theol.  
tr. 7. d. 1.

Henr.  
Arill. de  
sue apud  
Castro. d.  
Ord. p. 9.  
um. 1.  
Trid. q.  
c. 2. de  
Reforn.  
Ap. Lo-  
and. d. 3.  
de Ord.  
c. 13.  
Sord. d.  
ad con-  
cend. l.  
Satis-  
sue apud  
undem  
cand. p.  
o.  
Dian. p.  
a. 4.  
p. 55.